Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Incipit missa pro mortalitate quam Clemens papa
obtinuit in consilio suo cum cardinalibus et consulti
omnibus devote legentibus et audientibus CC xl d. in
dulgentiam vere penitentibus in qua audientes ar
dentem candelam in manibus teneant Hec vero
missa debet teneri quinque dies sine intermissione
et mors subitanea non diuabit audientibus et legen
tibus cum deo misericorde. Hec missa in anno domini
M°cc°l°xx°v° instituta est et probata in curia romana

Recordare domine testamenti tui et dic angelo percutienti
cesset iam manus tua et non deseratur tua et non
perdas animam meam viuam ps. Qui regis israel intende
qui deducis velut ouem ioseph collecta. Deus qui non
mortem sed penitentiam desideras peccatorum: preces tui
famuli domine adtende conuertere propitius: ut dum tibi de
uotus extiterit: iracundie tue flagella ab eo amo
ueas. Per dominum nostrum. Lectio li regum. xxiiii. c.

In diebus illis: Iussit dominus pestilentiam in israel de
mane usque ad tempus constituti: et mortui sunt de
populo dan usque bersabee septuaginta milia virorum.
Cumque extendisset manum suam angelus domini super hiere
ut disperderet eam: misertus est dominus super affliction em
et ait angelo percutienti populum. Sufficit nunc: cohibe
manum tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream au
rauna iebusei. Dixitque dauid ad dominum cum vidisset
angelum cedentem populum. Ego sum qui peccaui et ego
inique egi: isti qui oues sunt quid fecerunt: Mutat